

que dici virtutes infidelium in sensu latius accepto, quatenus scilicet inutilis sunt ad regnum aeternum.

XIII. Postremum, quando Augustinus dicit: Sterilium fructus arborum non sunt laudandi, ... si fructus boni sunt, profecto steriles arbores non sunt: fructus sterilium arborum in sensu Iuliano non sunt laudandi, quia vitia vix propter finem pravum. Si fructus boni sunt absolute, & perfecte; revera arbores steriles non sunt. Tandem ad illud: An, si genitilis nudum opererit, quia non est ex fide, peccatum est? Profus, inquam non est ex fide, peccatum est: hic etiam in sensu Iuliano, contententis elemosynam in idoli cultum directam bonam esse, loquitur Augustinus. Quod ut clarior teneas, scias velim, locutiones, & phrasas Doctorem non semper absolute, sed ex statu questionis quam versant, interpretandas esse. Jam alibi Augustinus docuit, aliqua bona opera sine fide reperiri. Nunc cum Iuliano haereticum dimicans absolute pronuntiat ad eiusdem Iuliani mentem, nudum operite, quia non est ex fide, peccatum esse: non quia per se ipsum factum, quod est nudum operite, peccatum sit; sed de tali opere non in Domino gloriarit, solus in pius negat esse peccatum. Non ergo peccatum est nudum operite absolute spectatum, & quatenus est sine fide negative, sed quatenus fit vel ob inanem gloriam, vel ob motum infidelitatis veræ fidei oppositæ.

XIV. Lubet hæc omnia lumine angelicæ doctrinæ perfundere. Hos siquidem Libros Augustini nemò exactius discussit, meliusque genuinum sensum assecutus est quam Angelicus. Porro hæc Augustini testimonia expendit 2. 2. quæst. xxiii. art. 7. in corp. & ad 1. hæc habet. Dicendum, quod actus alienius caritate carens potest esse duplex. Unus quidem secundum hoc quod caritate caret, ut pote cum facit aliquid in ordine ad id per quod caritate caret: & talis actus semper est malus; sicut Augustinus dicit in Lib. IV. contra Iulianum, quod actus infidelis, in quantum est infidelis, semper est peccatum; etiam si nudum operit, vel quid aliud huiusmodi faciat, ordinans ad finem suæ infidelitatis. Alius autem potest esse actus caritate carens, non secundum quod caritate caret, sed secundum quod habet aliud datum Dei, vel fidem, vel spem, vel etiam naturam bonam, quod non totum per peccatum tollitur, ut supra dictum est. & secundum hæc sine caritate potest quidem esse aliquis actus bonus ex suo genere, non tamen perfecte bonus: quia deest debita ordi-

natio ad ultimum finem. Quoniam vero hæc ultima verba alicui minus perito facessere negotium possunt, opportuna, & aptissima Cajetani declaratio subiicienda est. Cæcæ (inquit in comm. hic) ne fallaris ex eo quod dicitur, scilicet sine caritate deest debita ordinatio ad finem ultimum. Si namque debita ordinatio deest, malus. Privatio siquidem boni debiti malum constituit. Cæcæ, inquam: quoniam non est sermo de ordinatione debita actus, ut sit bonus moraliter; sed ad hæc quæd. sit bonus simpliciter, id est, ad vitam æternam. Et propterea huiusmodi privatio non constituit actum malum moraliter, sed non bonum simpliciter; & pro tempore quo obligat præceptum caritatis, constituit etiam malum... Sed hæc est extra propositum, ubi absolute, & non pro tali tempore questio est.

XV. Paucis ergo universam Augustini hæc de doctrinam D. Thomas complexivetur. Infidelis agens ex influxu infidelitatis, aut dirigens opera sua in finem malum, semper peccat. Si vero agit vi luminis naturalis ob finem honestum, bonum operatur, non simpliciter, & in omni genere, quia deest caritas; sed in ordine morali. Neque opponas, Augustinum ex Iuliano hæc responsionem referre: An respondebis (inquit Augustinus Iuliano) non in quantum infidelis est, sed in quantum homo est, arbor bona est? Quoniam Augustinus negat infidelium hominem in sensu ipsius Iuliani, arborem bonam esse. Ideo reponit: Non itaque, in quantum homo est, quod est opus Dei; sed in quantum malus voluntatis est quisque, arbor mala est, & homo fructus facere potest. Porro bonos fructus appellat Augustinus qui ad vitam æternam viam parant, quippe per donum gratiæ Christi producuntur. Scito, nos illud bonum dicere, illam voluntatem bonam, illud opus bonum, sine Dei gratia, quæ datur per ipsum mediatorum Dei, & hominum, nemini posse consequi, per quod solum homo potest ad æternam Dei donum, regnumque pervenire. Quamquam ergo alibi, & hoc eodem capite absolute, & sine limitatione pronuntiet nullum in infidelibus opus reperiri bonum, relate ad hunc exitum, alioque similes, in quibus peripicue suam doctrinam explicat, interpretandus est.

XVI. Opponi solent alorum Patrum auctoritates. Concilii Arausiaci can. xxii. Nemo habet de suo nisi mendacium, & peccatum. Item D. Prosperii carm. de inerr. cap. xvi. Omne etenim probitatis opus, nisi sermone verò Exeritur fidei, peccatum est, inque reatum.

Ver-

Veritur, & sterilis cumulat sibi gloria peccatum.

Sed his, & similibus textibus, in quibus Pelagianorum, & Semipelagianorum errores profertur, obvia est responsio. Nemo utique de suo habet nisi mendacium, & peccatum: iniquitatis enim prima causa defectibilis voluntas creata est, solumque peccatum illius est; cetera omnia a Dei auxilio, vel generali, si opus sit facile, & ordinis naturalis, vel specialis, si opus ordinis superioris sit. Doctrina Prosperii eadem est ac Augustini, eoque sentia intelligenda.

XVII. Opponunt argumenta a ratione petita. I. Omnis actio in finem quempiam ultimum dirigi debet. Porro solus Deus est finis ultimus hominis. Ergo quilibet actio in Deum non directæ, mala est, utpote aberrans a prima regula sibi debita. II. Voluntatis humana culpe originalis vulnere læta admittit æquilibrium illud ad bonum, & ad malum; & ab hoc indifferentiæ statu demota, vehementi propensione in bona delectabilia fertur, & concupiscit gravissimo pondere in vitium rapitur. III. Preces nos Deo continenter fundere iubent Scripture sacre, & Patres, ut ad singulos nostros actus auxilia implorentur.

XVIII. Ex iis quæ superius dicta sunt, responsio ad hæc tria obiecta patet. Ad I. iam dictum est, omnem actionem dirigendam esse in finem aliquem proximum, quem intermedium vocant, quique referri valeat in finem ultimum. Deus utique est verus finis ultimus hominis, in quem vi præcepti omnes actus suos dirigere debet: ac cum mandatum aditans fiat, non obligat pro semper. Finis ultimus peccatoris, & infidelis est bonum proprium, quod per se nec malitiam, nec bonitatem prædit. Si actus ex obiecto honesto bonus est, tunc in bonum proprium, & implicite in ipsum Deum ordinatur, seu natura sua tendit. Ad II. Verum habet, liberum arbitrium in malum potius quam in bonum arbuturum in malum potius quam in bonum, nisi frequentius in malum inducatur. Quid hæc conlegitur? Non aliud, nisi frequentius malum nisi relictum viribus præstratis, quam virtutis opera producere. Consequitur opera virtutis, & difficilia sua posse, nisi gratia adjuvetur, operari. Minima vero quod aliquod opus honestum facile, & nature iactis consentaneum, ut nudum operite, petulantem fuerat, idque genus similia producere nequeat. Ad III. dicitur sermonem esse in Scripturis, & Patribus de oratione christiana fide divina præluente, quæ oratio a Deo do-

na celestia petit. De hac oratione loquuntur Patres, ut adversus Pelagium gratiæ necessitatem evincant. Accedit quod dum fideles pro singulari actibus auxilium Dei deprecantur, eorum vota non intra ordinis naturalis confinia fiunt; sed sursum tendunt, & ad Dei gloriam supernaturalem omnia sua extoltere solent.

XIX. Plura alia levioris momenti obijciunt Valquez, & Contentonius, quæ quia facilitate ex iis quæ dixi, solvi possunt, prætereo. Hi duo Auctores exultatione digni sunt, si Bullam S. Pii V. adversus Baium in sensu, minus in præfere recepto, interpretati sunt. Bona siquidem fide talem illos interpretationem prodidisse, & temporum conditio, & illorum, quæ se a Baii erroribus recedere testantur, doctrina suadent. Quippe Valquez necessitatem auxilii naturalis, Christi tamen meritorum intuitu concessi, admittit. Contentonius necessitatem auxilii supernaturalis defendit; nullatenam tamen potest necessitatem caritatis, nec propriæ dictæ, seu theologice, quam Baius exigebat; nec genericæ acceptæ, quam Lovantenses nonnulli propugnant. Si posteriores Pontificum Bullas vidissent, cautius fortasse locuti fuissent. Temporum tamen conditio, & Theologorum qui per ceteris Scholasticis in Patrum sectione versati sunt, merito descendendum non parum est; nihil tamen adversus veritatem, sed a veritate eos non valde recedere interpretari possumus, & pro viribus debemus.

CAPUT XIV.

Confectarius, quæ dulces caritatis exercitium suadent: & regula pro praxi.

I. Confectarius primus. Latius quam a rei moralis tractatoribus solent, de caritate in Deum disputatum. Utinam animo, caritatis affectum indicare solet, et non semper id verum habet; aliunde etiam id proficisci potest. Id visis Dei certe evanet. Quippe ex libenter animo volumus, & lingua prodimus, quæ amamus, inquit D. Laurentius Iustinianus tract. de carit. cap. 1. /is nullo quid amas? attende quid cogitas. Attende ne caritas Dei in corde Christianorum quibus sermo de Deo aut displicet, aut terdium, fastidiumque parit; quibus caelestium colloquium cruci est; delitescit vero, & beatitatis, terrena inquirere, carnalia oblectamenta

Q. 4

fectari, vividis coloribus mundi lenocinia depingere sensus demulcere, appetitiones saturare, luxum, fastum, pompas recogitare, deperire, convivia infrenare, & modo augendis, modo prodigendis divitiis vacare, & in his omnibus quo mundi sunt, fixum animum, ceu vite mancipium detinere? Ipsi ne caritate fervent, caritatis Dei diligenti ex toto corde implent mandatum? Illis inesse mundi cupiditatem, non Dei caritatem, docet Augustinus Lib. IX. de Genes. ad litt. cap. xv. *Hi duo amores, quorum alter sanctius est, alter inmundus; alter factilis, alter pravitus; alter communi societati consulens propter suspensam societatem, alter etiam rem communem in potestatem propriam redigens propter arrogantem dominationem; alter iudicatus, alter amulus Deo* *Fecerunt itaque civitates duas (subdit Lib. XIV. de Civit. Dei cap. xxviii.) amores duo: terrenam scilicet amor sui usque ad contemptum Dei; caelestem vero amor Dei usque ad contemptum sui.* Sermo Augustini est de duobus amorum statibus. Amor caritatis cives efficit Ierusalem; amor iniquitatis cives constituit Babylonia. Pugnari amores illi invicem, & alter alterum pellit. Minime tamen faveret Augustini doctrina propositioni xxxviii. Bani, vel vii. proscripta ab Alexandro VIII. vel vii. Quenelini damnata a Clemente XI. Quippe duos illos amores inter, caritatis scilicet habitualis, & pravitatis, alium reperiri a morem supra probavimus, spei scilicet, & benevolentiae, quo Deum diligere incipiunt.

II. *Consecrarium secundum.* Duplicem diffiniximus caritatem: alteram efficientem, deficientem alteram. Caritas efficiens est (ut pie, doctissime scribit P. Jacobus Alvarez de Paz sapiens Jesuita Tom. I. Lib. III. p. 1. cap. 13.) quae iusti animam amoris igne inflammat, quae Deo bona sua desiderat, de quo illius perfectionibus gaudet, letatur, exultat; quae anhelat ut omnes Dei gloriam predicent, omnes illius laudes concinent, o mneque illius suavissimo legis iugo sales, & cervices submittant. Ideo efficiens appellatur, quia animam inhaeret, intra animae finem se continet, eam ornat, & secum ipsa gaudet, iubilat, ac interiori affectu sponsum suum complectitur, deliciis exquisitissimis affluit, ac in mutuis sponi amplexibus suavissime conquefcit. Caritas ut efficiens, illa ipsa caritatis virtus est, quae foras prodit, & in opera erumpit, interiores dulcedines extra effundit super ardua evangelice

legis mandata, suavia efficiendo. Animum urget ad servanda precepta, ad custodiendam legem univerfam, ad concilia ipsa executioni mandanda, ad obsequia, & impedimenta quae legis observantiam remorantur, auferenda, divinaque voluntatem implendam, ad dura, aspera, & amarissima ob Dei gloriam toleranda. Caritas efficiens vox est: *Sicut desiderat cervus ad fontes aquarum, ita sitivit anima mea ad te, Deus. Concupiscit, & deficit anima mea &c.* Caritas vero efficiens opus est: *Inveni, & statui custodire iudicia iustitiae tuae* *Propter verba labiorum tuorum custodivi vias tuas.* Illa in oratione, haec in operatione; illa in sponi amplexibus, & suavissimis colloquiis, haec in sponi mandatis exsequendis; illa in desideriorum aestu fervet, haec in operum sanctitate splendet; illa sibi, haec in alios se effundit; illa amorem profectum, haec amorem offendit; illa occulta, haec manifesta, quia operum ornamento redimita incedit.

III. Habes utriusque caritatis perfecta munia, & officia. Si quæris, quam ex excellentior, quamam preferantior sit; dubio procul caritas efficiens alteram antecellit, sui dignitate, quia utraque eadem est, certe perfectione. Nec enim aliquis idcirco perfectior, & sanctior est, quia in oratione anteriores affectus sentit, quia sensibilibus fervore exarsuat, quia corculum saltitare, & quodammodo in dulcedinem liquecere experitur, quia in Deum suavius rapitur; sed ille perfectior, ille sanctior qui fidelior est in mandatorum custodia, qui maiorem fortitudinem, firmioremque constantiam in calamitatibus, & tribulationum tolerantiam prodit, qui accuratior, ac vigilantior est in quibuslibet, vel minimis, sui status impledis obligationibus; qui denique in omnibus sese divina accommodat voluntati. Quid tibi prodesse meditationibus tuis, interioribusque cum Deo colloquiis, affectibus abundare, consolationem tenerimam experiri, lacrymulas fundere; si oblata occasione, veluti de loco moitis, ad quodlibet verbum minus gratum commovereris; si ad quodlibet difficultatis superande occasione animo caderes; si denique saluti tuae minus consuleres? Heu! quot sunt qui in meditando divinis perfectionibus radios diffundere sanctitatis videntur, qui suspiria ignita emittunt, qui in suaves affectus colliquefcunt! verum, oratione perfecta, humane societati inlesi sunt, ira exardescunt, ava-

ritia aguntur, commoda appetunt, divitiis augendis indefesse insunt. Ipsi ne gemina Dei caritate ardere dicendi sunt? Mimmetentium. Temperamenti feminei debilitas facilissime in lacrymas, in dulcia colloquia, in calida suspiria resolvitur. Amor proptus, ceu sagax & verlusus praestigiator, caritatis simulacrum affingere, caritatis imaginem praefere, caritatis affectus, munia & officia simulare in manu habet. Opera ergo, mandatorum custodia, advertitatum tolerantia, commodorum temporalium, divitiarum, & totius mundi contemptus, lydius lapis sunt, ad quem amoris divini falso seccnatur. Itaque si illusiones amoris proptii, si stratagemata, & praestigia declinare aves; ad hanc respice regulam, quam voce Ioannis sup. xiv. Deus ipse tibi exhibet. *Si diligitis me, mandata mea servate* *Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est qui diligit me.* Hanc regulam frequentissime inculcat: *Si quis diligit me, sermonem meum servabit; & Pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus* *Si precepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego Patris mei precepta servavi, & mansi in eius dilectione.*

IV. *Consecrarium tertium.* Amandum Deum esse agnoscit, inquis, sed quomodo diligendus tibi, ignoro. Verius fortasse dixisses, verbis exprimere modum quo Deum diligis, te necire. Ceterum fieri nequit ut Deum agnoscas, illumque toto corde amandum esse ignores. Amor motus est quo voluntas in bonum cogitatur, seu apprehensam rapitur, aut illud sibi desiderando, aut de eodem gaudento, aut in eodem sibi complacendo. Si amas Deum, quia te creavit, redemit, conservat, alit, protegit; amor appellatur concupiscentia. Si contra, illum amore prolequens, quia bonus, quia dignus est ut omnes illius amore ardeant, ut illi bonum velint, laudes eius pangant, ipsi que colant; amor est amicitia. Et quia amor concupiscentia imperfectior est, nostraeque naturae infimior, ab eodem orla danda sunt. Ne ergo in posterum artem amandi Deum incongnitam tibi obtudere audeas, illius regulas tibi ego exponam.

V. *Consecrarium quartum.* Cedo t quid est quod te ad hominis amorem concitat? Beneficia, reponis, quae mihi contulit, illius in me prior est usus amor, liberalitas, munificentia, utriusque, quae iungimur, simili-

tudo, eiusdem candor, ingenuitas, equitas, venustas, comitas, innumeraeque aliae praerogativae. Oculos ego aperi: quoniam, ut inquit Augustinus Lib. X. Confess. cap. vi. *caelum, & terra, & omnia quae in eis sunt ecce indigne mihi dicunt, ut te (Deum) amem, non cessant dicere omnibus, ut sint inexcusabiles.* Pergit vero exponere momenta quo hunc amorem excitant Lib. I. de mor. Eccl. cap. xviii. *Obsecro, vigilate paululum: videte testamenti utriusque concordiam, qui fit in moribus vite madus, & quo sint referenda omnia* *Amorem Dei concitant Evangelica, cum dicitur Matth. vii. Petite, quærite, pulsate. Concitat Paulus dicens (Ephes. 111.) Ut in caritate radicati, & fundati possitis comprehendere. Concitat etiam Propheta, cum dicit, facile sapientiam ab ipsis qui eam diligunt, quarunt, concupiscent, vigilanti, cogitant, curant, posse cognoscere* *Ad ipsum autem amoris ignem utriusmodi (subdit epist. lv.) & standom quodammodo, quo tamquam pondera Iesus, & introsum referantur ad requiem, ista omnia pertinent quae nobis figurate insinuantur. Plus enim movent, & accendunt amorem, quam si nuda sine ulla sacramentorum similitudinibus pronserantur.* Utra itaque mentis, meditato scilicet beneficiorum, cordis affectum excitat. Primum ergo quae tibi pervia sunt, dispice. Deum menti tuae sistito. Si pulchritudinem amas, ecce qui pulcher est; si bonitatem, si ipsi bonitas est; si iustitiam, iustus est; si sinceritatem, sincerus est; si liberalitatem, clementiam, benignitatem, mansuetudinem, aliaque quae amorem concitant; omnia in Deo tamquam in suo principio resident. Qua ergo facilitate sentis, qui hominum vident praerogativas, affectus pellicunt, eadem meditando divinum beneficiorum in Dei amore rapit.

VI. *Consecrarium quintum.* Post meditationem illius universi, in tui commodum atque solamen a Deo esse nihil conditi, firmiter mentem attollito, lumenque fidei accende. Caritatem enim fides praedat fas est. Lumen fidei est quod amoris divini ignem accendit. Quo vividior est fidei lux, eo ardentior est amoris flamma. Hæc ergo fidei lux in mente tua primum splendet. Dei maiestatem, Personarumque trinitatem, illius veracitatem falli, vel fallere nesciam, Verbi divini incarnationem, univerfam Scripturam sanctam, Ecclesiam catholicam sancti Spiritus organum, cuius ege manifesta nobis fit divina veritas, firmiter crede; ac inestabili-

liam mysteriorum altitudinem, & infinitam hereditatem meditare. Fidei exercitio spes videndi arcana, que tenebrarum caligine obducta fides proponit, & assequendi coronam quam promittit, succedere. Animum erige in Dei misericordiam, a qua peccatorum remissionem, eorumque perpetuam derelictionem impetrare ne desistas. Recogita Deum tuum spei Deum esse. Ille vitam tuam in spe potissimum constituit. *Quoniam tu Dominus singulariter in spe constitisti me, tu es Domine spes mea, tu fortitudo mea, tu refugium meum. In te spero, in te confido. Magna sunt crimina mea; sed maior est clementia tua. Quo profundior est abyssus iniquitatis meae, eo altior est abyssus misericordiae tuae. Abyssus abyssum invocat. Quotidianam sit harum virtutum exercitium.*

VII. *Consecrarium sextum.* Mens fidei lumine illustrata, animus spei robore erectus, amoris ignis flammam comprimere vix possunt. Alias quippe aequile animus sperans assumit, & in finem bonitatis divina conuolat. Colloquia suauissima, dulces affectus, quibus anima sponsum suum complectitur, comprimere ego minime valeo; ideoque Augustini verbis urar Lib. XIII. Confess. cap. ix. *Amor illuc attollit nos, & spiritus tuus bonus exaltat humilitatem nostram de portis mortis. In bona voluntate pax nobis est. Corpus pondus vix nititur ad locum suum. Corpus non ad ima tantum est, sed ad locum suum. Ignis sursum tendit, deorsum lapis. Ponderibus suis aguntur, loca sua petunt... Pondus meum amor meus. Es feror, quocumque feror. Dono tuo accendimur, & sursum ferimur. Inuadescimus, & imus. Item cap. vi. *O lumen veridicum, tibi aduerso est meum, ne me vana doceat. Discate tenebras eius, & de mihi. Obsecro te per matrem caritatem, obsecro te, dic mihi, que causa fuerit ut post nominatum celum, & terram invisibilem, & incompositam... tuam deum Scriptura tua nominaret spiritum tuum? Cap. vii. *Quia caritas tua diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis, & de spiritualibus docentem, & demonstrantem supereminentem viam caritatis, & scientiam genua pro nobis ad te, ut cognoscamus supereminentem scientiam caritatis Christi. Item serm. cccxxxv. *Tu esse hereditas mea. Anno te: totus amo te: toto corde, & tota anima, tota mente amo te. Quid enim mihi, quidquid dederis mihi propter te? Hoc est Deum gratis amare, de Deo Deum sperare, de Deo propter imperi, de ipse****

satiari. Item in Psal. lxxi. Laudatur voluntate, ametur caritate. Gratulatur se quod amat, & quod laudatur. Quid est gratulatio? Ipse propter se, non propter alium, si enim laudas Deum, ut det tibi aliquid aliud, tam non gratis amas Deum. Erubesceres, si te vxor tua propter diuitias amaret; & forte, si tibi paupertas accederet, de adulterio cogitaret. Cum ergo te a coniuge gratis amari velis, tu Deum propter alium amabis? Et in Psal. lxxii. Quid ergo? Nullam premium Dei? Nullam praeter ipsum. Premium Dei, ipse Deus est.

VIII. *Consecrarium septimum.* Regulae amoris caritatis, modisque adhibendus. Euerunt qui, ut purissimam illius amoris flammam accenderent, docuerunt amandum esse Deum, pulsa quacumque ipse illum possidentem. Dei possidendi spes mercenarium efficitur amorem Dei contendebat. Quare ut amorem hunc purum redderent, ad omni consequenda coronae desiderio vacuum volebant. Haec sunt istius puri amoris formulae: *Anno te, Deus meus, non quia credisti, aut redemisti me; non quia aeternam mihi promissuris, & daturus sis gloriam, tuique possessionem; sed quia bonus es, dignusque amore, te diligo. Amorem te, etiam aeternam a caelis excluderes me, aeternaque felicitate privares. Anno te propter infinitam bonitatem tuam. Patemur amorem caritatis Deum ut summum bonum in se spectare, atque sub hac consideratione in eundem Deum ferri; sed negamus, locoque erroris habemus, caritatem excludere amorem Dei ut est summum bonum nostrum. Quare Innocentius XII. anno 1699. plures hoc de argumento propositiones. Archiepiscopi Cameracensis damnauit, quarum duas isthuc transcribo. 1. *Datur habitus status amoris Dei, qui est caritas pura, & sine ulla admixtione motui proprii interesse: neque timor penitentiam, neque desiderium remunerationum habent amplius in eo partem: non amatur amplius Deus propter meritum, neque propter perfectionem, neque propter felicitatem in eo amando inuentam. 2. In statu vite contemplatiue, seu unitiue, amittitur omne motuum interestium timoris, & spei. En quomodo a vero abhinc humana mens, quoties Scripturam, Patrumque documentis relictis, suis indulget cogitatis. Ideam, notionemque, quam diuinitatis amoris nobis Scripturae, Patreque exhibent, haec est: *Diligam te Domine fortitudo mea. Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. Psalm.***

XXVII. *Ego ero merces tua magna nimis. Tu es Deus meus. Deus hereditas mea. Deus homines propter te creauit, propter te redemit. Homines line Deo nihil sunt. Sui destructionem appetere homines, quoties a Deo se separari vellent. Ille impurus, & mercenarius amor est qui aliud praeter Deum postulat. Purus vero, & perfectique amor est qui Deum vult, quia bonus est. Deum nobis volumus, quia ipse se mercedem, ipse coronam nostram constituit. Ille nos filios suos constituit; si filios, & heredes; si heredes, & possessores. Amo ergo te, Pater meus, quia amabilis, quia bonus es. Amo te, ut assequar te, ut quieteam in sinu tuo, ut possideam te hereditatem meam. Audi Augustinum serm. xxxii. *Breviter ergo, fratres, si colimus bene vivere, plus amemus quod promittit Deus quam quod promittit mundus; & plus timeamus quod minatur Deus quam quod minatur mundus. . . . Itaque fratres heretice caritatis promissis Dei, & non vos superabunt cupiditates saeculi. Serm. ix. *Propter amorem saeculi huius laborant homines in omnibus negotiis. Tu autem in omnibus bonis operibus tuis labora, non propter amorem saeculi huius, sed propter sempiternam regem quam promittit Deus. In Psal. lxxix. *Itaque, fratres mei, ad omne recte factum amor, & timor ducit. Ut facias bene, amas, & times Deum. Ut autem facias male, amas mundum, & times mundum. Haec duo conuertantur in bonum. Amabas terram, ama vitam aeternam; timebas mortem, time gehennam. . . . Ac per hoc sicut omnia ista opera bono timore, & bono amore fiunt; sic malo amore, & malo timore omnia peccata committuntur. Tract. III. in Epist. I. Ioan. *Mememote ergo, fratres mei, quia vitam aeternam nobis promittit Christus. . . . Promissionem vita aeterna desiderate. Hi duo respectus, seu relationes, altera amandi Deum ut bonum summum in se, altera amandi Deum ut est summum bonum nostrum, distincte utique sunt, & anima caritatis igne succensa modo sub una, modo sub altera consideratione Deum diligit; sed una alteram non excludit, nec sibi contrariae sunt. Beuardorum error fuit, satis esse amare Deum in semetipso, amorisque imperfecti esse aliarum virtutum actus exercere. Quem orrorem proscriptit Viennense Concilium. In his duabus relationibus amandi Deum in se, & ut est bonum nostrum, ordo seruandus est, ut secunda primae subit. Nec est quod opponas, nos propriam bonum pliusquam Deum diligere, si Deum*****

ut proprium bonum diligimus. Quoniam respondet S. Thomas 2. 2. quae. xxvi. art. 3. ad 1. *Bonum quidem totus diligit patri, secundum quod est sibi conueniens; non autem totum bonum totum ad se refert, sed potius ita quod seipsum referat in bonum totum. Ut alias dictum, dicendumque sapienter est, voluntas non amat bonum, nisi ut sibi conueniens, sicut docet S. Thomas in III. dist. xxxi. quae. 11. art. 3. At non hinclequitur ut plus seipsum quam Deum amet; quoniam & fides, & omnia in Deum refert. Si plura, & scitu digna scire aues, consule Tractatum amoris diuini editum a P. Antonio Massouie, qui hanc controversiam perdocte exhaurit.*

IX. *Consecrarium octauum.* Ministris Dei, animarumque Pastores, si praesentium 2. vitium mundum, si animas sibi concessitas in virtutis via continere, aut a peccatis revocare velint, in his theologicos virtutibus esse exercere curent. Proxim quotidianam fidei, spei, & caritatis fideles suos docant. Inter opera laboriosa que illis post audiam peccatorum sacramentalem confessionem imponere solent, collocent etiam harum virtutum pensum Deo tribuendum. Potissimum qui negligent fuerant in implendo maximo mandato, saluberrima illis erit penitentia, si eos ad eliciens actus fidei, spei, & caritatis, his, terque in dies singulis aliteris, duarum, vel trium hebdomadarum intervallo, plus minusve, prout penitentium varia conditio tulerit. Ab hoc amoris exercitio nemo se exulare, sicuti a ieiuniis, ad elemosynam, a cilicio, valet, ut inquit Augustinus. Simul atque flamma haec caelestis in corde ardet, dulcis, suauisque universalis legis obseruantia evadit, ut alias dictum, & dicendum sapienter est. *Non est durum, nec grave (inquit Augustinus serm. xlvii.) quod ille impetari qui adiuvari ut fiat quod impetari. Nam & illud verum est quod dixit: Iugum meum lenes, & onus meum leve est. Quidquid enim durum in praecipis, ut sit leve caritas facit. Novimus quanta ipse amor faciat. Plerumque etiam ipse amor reprobus, atque lascivus est. Quanta homines diuina perperis sunt. . . . ut perveniant ad id quod amaverunt? Serm. cccxlii. *Ferte sarcinum tuum: quia levis est, si diligis; gravis est, si odisti. Non enim sarcinum est: sarcinum est: Iugum meum lenes est, sarcina mea levis est. Levis amanti, gravis neganti.**

X. *Consecrarium nonum.* Habes, christiane Lector, explicationem primi, maximeque di-

vini mandati amandi Deum. Duo in hac Dissertatione extrema declinare curavi. Alterum eorum qui eo habenas laxarunt, ut ab amoris divini officio homines abducerent, illudentes, atque extitialis benignitatis furo. Alterum eorum qui alio precepto amplificandae caritatis, tam severe illius necessitatem pro quolibet actu predicarunt, ut inter peccata virtutes ipsas caritate delictitas collocaverunt. Er quia nihil mihi infestius est quam iniustus rigor, quam impudens severitas, idcirco latius errorem hunc consutavi. Nolim tamen hinc ansam arripias divini amoris artem negligendi, Precepti onus, quoad potuit, delimiti, frequentiam tamen amoris incutiavi. Amoris mandatum durum est peccatoribus dumtaxat, qui corde carent. Nam vita cordis amor est. Amor caelestis, & divinus in corde carnali ardere nequit. Cor autem peccantium carnale est, quod deorsum vergit; quod carnis illecebras concupiscit, voluptates amat, mundique oblectamentorum occupatur. Iustus vero qui lampadem caelestis ignis accendit tenent, oleoque plenam, continentem amore fervent. Quid igitur severitatem comminisceris, si dixerimus a viris iustis frequenter repetendos actus esse caritatis, ut virtutem roporent, secundamque efficiant, ut amoris carnalis reliquias

penitus aboleant, ut mandatum impleant, ut opera sua omnia in Deum ultimum finem dirigant? Adfirmans mandatum esse dixi, ut non semper peccare impios, dum opera honesta edunt, olenderent; minime vero, ut negitium, ignaviamque tuam forem. Quamdiu iustus fueris, facile mandatum implebis, si frequenti actuum repetitionem habitum caritatis intensiorem effeceris. Si ignavus, si tardus, si frigidus amator fueris; pedetentim amoris flamma remittetur, atque ad extinctionem properabit, & peccator evades. Iustus ergo, ne in peccata labatur gravia, continenter caritatis officia peragat. Cito peccator respiciat, ut iustus, ut amicus Dei fiat. Caritas anime gratia sanctificante ornata vera cum Deo amicitia est. Vera amicitia in amorem mutuum, in affectus, & suavia colloquia erumpit necesse est: comprimere intus nequit amantis cordis ignem. Quare scite dixit D. Laurentius Iustinianus tract. de carit. cap. 18. *Dei amator meator est optimus: dat quod non potest retinere, ut recipiat: quod non potest amittere.* In nobis ego caritas regnare quam si habuerimus, divites erimus; quia si careamus, nihil, Apostolo teste, sumus. Regnet in nonnis caritas, dum peregrinamur patria, ut in patria aeternum ardeat.

DISSERTATIO V.

DE CARITATE PROXIMI.

CAPUT I.

Recessentur propositiones damnatae contra caritatem proximi.

QUAM male nonnulli recentiores senserint de caritate in Deum, ostensum superiore disputatione est. Nunc laxiores quas de caritate erga proximum opiniones evulgarunt, promenda nobis sunt, ut in ipso disputationis limine ab errandi periculo lectorem abducamus. Consequenter ergo methodo inherentes, proscriptas theses primum, deinceps nonnullas laxiores Casuistarum opiniones dabimus. Propositiones ab Innocentio XI. proscriptae in hac materia sunt sequentes, quas iuxta ordinem Decreti Pontificii numeratas transcribam.

10. Non tenemur proximum diligere actu interno, & formali.

11. Preceptum proximum diligendi satisfecere possumus per solos actu externos.

12. Si cum debita moderatione facias, potes absque peccato mortali de vita alicuius trahere, & de illius morte naturali gaudere, non quidem ex displicentia personae, sed ob aliquod temporale emolumentum.

13. Licitum est absoluto desiderio cupere mortem patris, non quidem ut malum patris, sed ut bonum cupientis: quia nimirum est obvolutura est pinguis hereditas.

14. Licitum est filio gaudere de parricidio parentis a se in ebrietate perpetrato, propter ingentes divitias inde ex hereditate consequas.

CAPUT II.

Recessentur propositiones laxiores adversus caritatem proximi, quas nonnulli Auctores docuerunt.

MARCUS VIDAL in Area de precepto caritatis inquis. 1. pag. 25. num. 66. sequent. Licet DD. communititer asserant, iniuria affectum aliquando teneri partem, & non semper peccare impios, tum ob evitandum scandalum, speraretur quando ex tali signo exhibendo, speraretur probabiliter salus spiritualis inimici: quia si fratrem errantem corrigere debemus, si spes adest illius emendationis, ut illum Domino luemur; ergo, ut inimicum Deo, & nobis reconciliemus, iure cogimur ad eum v. g. salutandum, si quidem spes probabilis adest lucrandi illum salutatione nostra:

57. Nihilominus ego ipsententiam admitto, & negue concedo. Primo quoad scandalum grave, quod his temporibus fere nunquam intervenit, cum quasi apud omnes in praxi habeatur non salutare inimicum, neque cum illo loqui: alias vero satisficientis.

58. Quo vero ad secundum dico: Sicut ego ipse... non teneor sub mortali providere saluti spirituali proximi, citra extremam eius necessitatem, cum meo gravi damno temporali... ita negue etiam teneor cedere honori meo, & fame, quae sunt bona superioris ordinis quam sunt temporalia sub mortali, ut proximi spirituali vitae provideam extra necessitatem extremam... Sed si quis teneretur exhibere inimico signa dilectionis specialia, quando his signis speratur eius salus spiritualis, etiam teneretur cedere honori suo, & fame citra extremam necessitatem.

Auctor ille duo imponit christianae religionis caloribus. Alterum quod effluit, quasi in omnibus obtinere morem denegandi salutationem inimici: alterum quod fiat honoris, & fame iactura, dum his officiis inimicos amplectimur, ut illorum aeternam salutem lucrinemur. Quis Ethnicorum tam impudenter despicit? Vide cap. 5. num. 13. huius dissert.

II. Tamburinus Lib. V. in Dec. cap. 1. §. 3. num. 29. An filius possit mortem patris optare, vel de illa gaudere, non ut malum patris (hoc enim esset odium execrandum) sed ut ipse filius paternam hereditatem fruat? An mater possit desiderare mor-

tem filiae, ne illam alere, vel dotare cogatur? An possit subditus mortem cupere sui Praelati, ut praelaturae ipse succedat, vel ut ab eo Praelato sibi infuso liberetur?.... Si filium desideres, vel cum gaudio excipias eiuismodi effectus, hereditatem, molestiae carentiam, praelaturam... licite haec optas, vel amplecteris: quia non gaudes de alterius malo, sed de proprio bono.... Si desideres sub conditione, facilis est responso, licite posse. Denique si absoluto desiderio, desideres in hunc modum: Cupio mortem patris, non ut malum patris est, sed ut bonum meum, sed ut causam boni mei, nimirum quia ex illius morte ego eius hereditatem adibo; vel sic: Utinam moriatur mea filia, nam sic sexcentas sollicitudines excutiam &c. Si, inquam sic desideras, maior est resolvendi difficultas: quia tunc eligis vel male illis, quamvis ut causa tua commodi; quod non videtur culpa vacare, & ita quidem putat Bonacina... Nihilominus Caltrapala docet contrariam opinionem suis probabilibus.

III. Ferdinandus de Castropalao tract. 6. disp. 4. punct. 1. num. 11. Nihilominus credo, si cum debita moderatione facias, te posse absque peccato mortali de vita alicuius trahere, & de illius morte naturali gaudere, illamque inefficaci affectu petere, & desiderare, non quidem ex displicentia personae, sed ob aliquod temporale emolumentum inde secutum. Sic docere videtur Emanuel Sa verb. Caritas num. 8. ubi absolute docet te posse proximo optare malum corporale ad salutem animae, & mortem ob Republicae bonum, & hosti tibi aliquo valde nocivo mortem, non odio, sed ad vitandum damnum tuum, item de morte eius gaudere ob bonum tuum de secutum. Azor. I. Part. Lib. III. cap. 12. quest. 11. & Bonacina disp. 3. quest. 4. punct. 1. num. 7. affirmant licere matri mortem filiarum optare, eo quod ob deformitatem, vel inopiam non possit eas iuxta suum desiderium nupti tradere: & idem esse dicunt, si ob illarum causam male tractaretur a marito, posset illarum mortem optare, ut ab illo damno liberaretur.

IV. Ioan. Sanchez disp. 11. selec. num. 9. Hinc inferunt, licere sibi, vel proximo optare mortem ob vitandum molestem infirmitatem, mendicantem, vitam penalem, a marito feminis infestam, & alia huius generis.